

Quid, si prius privilegium, sive exemplar, postea augeatur, an ea res concernet posterius? Resp. veriorem esse sententiam negatum, ex eo quod verba, *ad instar, ad exemplum, & similia* denotent respectum imitantes aliud, quatenus jam existit, scù jam factum est, non etiam quatenus futurum: Uti & concedens taliter privilegium non aliter concedit, quam quatenus jam concessum, aut quatenus jam se habet id, ad quod fit relatio; argum. *l. intestamento 17. ff. de condit. & demonstr.* nisi tamen exemplatum etiam ad futura se referat, secundum textum in *dicta l. omnia Cod. de Episcop. & Cler. Abb. in cap. fin. n. 35. supr. Ne Cleric. vel Monachi &c.* Uti & è cōtra, si exemplatum augeretur novis privilegiis, non ideo gauderet & exemplar iisdem, cum exemplatum non sit causa sui exemplaris, nec novum privilegium detur per respectum ad exemplar, cum hæc duo sint separata, & in privilegiis non habeat locum extensio per æquiparationem, ut novū privilegiū non possit redundare in exemplar, ad quod licet exemplatum referatur, non tamen vicissim. E contra, si privilegium exemplaris abrogetur, revocetur, restringatur, non causabit ea res diminutionem exemplari, quod in re ipsa est destructum à suo exemplari; à quo etsi dependeat, quoad productiōnem sui, non tamen quoad conservationem, ut recte ait *Navar. d.*

*notab. 26. num. 8. Abb. d. n. 5. latè bac de re Suar. cap. 15. n. 3. 4. 5. & alii, de quibus cap. 23.*

Privilegium igitur non extendū ultra personam, & causam, sive rem, cui, & super quā concessum, ut exemplis, & textibus juris est ostensum; nam ex speciali ratione indulta non sunt producenda ad consequencias: *l. quod verb ff. de legib. cum sortiantur strictam interpretationem: capit. porro 7. & cap. sane 9. deprivileg.* ut quā minimum obvient juri communī, cuius ordinem non præsumitur voluisse invērtere Pontifex, aut Rex.

Recte tamen quis dubitaverit: an hoc universaliter procedat? Resp. dubitandi rationem sumi ex variis locis, quæ volunt privilegia esse latè interpretanda, tamquam beneficia, quorum plenissima facienda interpretatio: *capit. quia circa 22. deprivileg. & cap. olim ff. de verb. sign. ubi glof.* Utendum hac in re distinctione, & dicēdum. Primò privilegium derogans juri communī regulariter odiosum reputari in ordine ad interpretatiōnem, atque ita restringendum potius, quam extendendum; juxta *d. cap. 7. & 9. & cap. odia de reg. jur. in 6.* Derogatio enim juris cōmunis est odiosa per se, id coquè vitanda, aut si vitari omnino nequeat, quia privilegium fieret inutile, erit restringendum, secūdum cōmunem opinionē: *cap. cum dilectus, & ibi glof. sup. de consuetudin. Bart. ad leg. fin.*

*leg. fin. num. 3. ff. de constit. Princ. Navar. in summ. cap. 12. num. 79. Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 1. num. 1. & 4. qui alios refert. Secundò privilegium, quod est purum beneficium, esse favorable in ordine ad interpretationem, & proindè latè interpretandum, quantum permittit recta ratio: Probatur dict. cap. 12. & dict. cap. olim, item cap. beneficium de constit. Princip. ex quibus colligitur beneficia Principum esse latè interpretanda, cum id ipsum congruat eorum liberalitati, & nemo per ejusmodi interpretationem lædatur. Quo facit communis regula, favores esse ampliandos: *l. hoc modo 64. ff. de condit. & demonstr.* idquè respectu eorum, quibus conceduntur. Quod non tantùm procedit in supremis, & magnis Principibus, verùm & in aliis, qui largiuntur beneficia, secundum dict. cap. 22. Nam & in iis habet locum ratio, quod scilicet concedentis sit mentem tuam explicare, ut in dubio contra eum sit facienda interpretatio: *cap. contra eum 57. de regul. jur. in 6. Vide Suar. cap. 27. num. 3. & seqq. & quæ diximus cap. 2.**

Volunt & privilegium concessum contra jus commune, motu tamen proprio, ampliandum esse, quod censeatur simpliciter favorable: *cap. si motu 23. de præbend. in 6.* Ratio est, quod motus proprius facit censeri proprium beneficium ipsius conceden-

tis, & ex certâ scientiâ fieri, ut extentio in favorem, & honorem ejus procedat. Nisi tamen tendat in præjudicium tertii, quia tunc odiosum foret, nec extendendum, sed restringendum, cum non sit mens Principis alteri jus suum afferre: *Suar. dict. cap. 27. n. 8. & 9.*

Cæterū in ampliatione, & 18 restrictione privilegii servanda verborum proprietas, & extra illam non est trahendum privilegium. Sunt enim verba privilegii verba juris, quæ in proprio sensu, & secundum jus ipsum accipienda; alias nihil certum esset, si ad impropias significationes extenderet liceret. Proprietas ista sumenda ex usitata significatione, seu usu communi, secundum suam materiam. Sic privilegium concessum ascendendi ad maiores Ordines non accipit rectam interpretationem de æqualibus; quia est contra verbi proprietatem. *cap. licet de translat. Episcop.* Nec licentia transeundi ad strictiorem ordinem continet æqualem: *cap. licet 18. supr. de regularib.* Nec facultas providendi alicui ad primam vacaturam per mortem trahitur ad vacantem per renunciationem, vel cassationem, quia in rigore illa sunt distincta, ut respondeat *Pont. in cap. susceptum 6. de rescript. in 6.* Et hoc ita, nisi alia interpretatio sit necessaria, ut privilegium operetur aliquid ultra jus commune, quod sine privi-

legio non licéret; quia alias esset inutile: aut nisi, vel ratio iustitiæ, vel aliundè voluntas concedentis rationabiliter faciat præsumi aliam interpretationem. Dependet enim à voluntate Principis privilegium, & secundum eam verba sunt accipienda, quatenus fert iustitia; quia non censetur concédere, quod sine injuriâ alterius fieri non potest. Quod procedit, etiamsi ex certâ scientiâ privilegium concésserit; quia non censetur habere scientiam nocumenti, ut cesset voluntas, nisi aliud expressum sit. Deficit & voluntas in privilegio, quod dérogat particulari statuto, aut consuetudini; argum. *cap. 1. de constit. in 6.* ubi per constitutionem subsequentem generalem non censetur *Pont. consuetudines*, aut statuta particularium locorum revocare, idquè ideo, quod ea ignoret; quæ ratio etiam in privilegio concessa obtinet, nisi aliud exprimatur: *Plura Suar. dict. lib. 8. de leg. cap. 28. n. 2. & seqq.*

19 Quæres: an similitudo rationis faciat extēdere privilegium ad alia loca, aut personas? Respondeo, ita posse videri *per text. in cap. cum dilecta sup. de confirmat. utili, vel inutili, vel verbis ejusdē æQUITATI SIMILITUDINE provocati.* Ex quo textu multi colligunt legem exorbitantem, seu excipientem casum singularem à jure communi extendi ad alios propter similitudinem: *Abb. & Felin. in*

*cap. quoniam sup. ut lite non contest.* & communiter admittunt extentionem legis exorbitantis in causa pia: *Barbos. in l. si constante 25. num. 73. & 74. ff. solut. matrim.* ut etiam in privilegiis iftud procédere sit dicendum. Contraria tamen sententia verior est, scilicet, ad extentionem nihil facere similitudinem rationis; & pro eâ facit *text. in cap. sane 9. de privileg.* & *Clem. unica de censib.* Facit & ratio, quod efficacia privilegii non sit posita omnino in ratione, sed in voluntate concedentis, ut nihil facere possit, quod in simili causâ, aut personâ eadem ratio versetur, si voluntas ad illam non extendatur. Quo modo passim jura mandant tenorem privilegii observari: *cap. porrò 7. de privileg.* etiamsi sit pia causa: nam alias privilegium concessum uni religioni posset extendi ad aliam æqualem, aut auctiorem ex solâ rationis paritate, quod non admittendum; & est contra *cap. privilegium de regul. jur. in 6.* Et hoc quandò extensio excedit propriam verborum significationem: aliud, si significatio suadeat, cum diversum sit, derivare privilegium ab uno ad aliud ex similitudine rationis, quod non licet; aliud verò ita interpretari, ut plura comprehendat, quam in verborum superficie apparet. Exemplum est in *cap. penult. eod. in 6.* neque enim talis extensio est per similitudinem, sed per

per virtualem continentiam verborum, juxta rationabilem eorum interpretationem; & ita accipiendus *Barbos.* in dict. l. si constante num. 73. Nihil obstat dict. cap. cum dilecta, quia extensio ibi fit per ipsum *Pont.* ut sic procedat ex ejus voluntate, non tam declarando, quam constiuendo. *Suar. dict. capit. 28. num. 11. & seqq.*

Tenor itaque, & forma privilegii observanda, eaquè inspicienda: dict. cap. porrò 7. & cap. 8. de privileg. neque facile inducendum; nisi ex verbis pateat, quomodo in cap. recepimus 8. de privileg. Responsum, non probari exemptionem à jurisdictione Ordinarii per solutionem censùs Romano *Pont.* ut nec per hoc, quod Papa aliquem récéperit in suam protectionem. capit. ex parte 18. de privileg. Quæres non tantum videtur operatura, quod in protectionem à Pontifice Romano susceptis debeatur maior honor; argum. cap. per tuas 7. supr. de *Maiorit.* & *Obed.*

20 Quid, si verba sint ambigua? Respodeo principaliter quærendum esse, quæ sit intensio concedentis ex conjecturis; ea enim potissimum consideranda, eiquè verba serviunt: cap. 6. & cap. in his 15. in fin. de verb. sign. atque inde pendet tota privilegii vis. Ubi in primis spectanda supplicatio, cui se Princeps solet conformare: cap. inter 6. §. cæterum sup.

de fid. instrum. in verbis, quamvis ex forma petitionis, quæ in ipso privilegio declaratur, confirmatorium videretur. Indulti etiam initium, sive proœmium attendendum; quia solet ferè contine re causam, cui subsequentia accommodantur; argum. l. fin. ff. de hæred. instit. Solent & verba materiae subjectæ accommodari, quæ ideo spectanda, an ambitiosa, an periculosa, causâ litium, quæ ex eâ possint oriri. Attendendæ & circumstantiæ causarū, & personarum, quæ & ipsæ faciunt ad verborum significationem, & proinde mentem Principis significandam. Venit & unum privilegium per aliud interpretandum; argum. l. pen. in princ. ff. de alim. legat. Jason. in l. Triticum 94. num. 6. ff. de verb. oblig. Quod si adhuc res sit dubia, nec definiri possit, consulendus est Princeps; ejus enim est interpretari, cuius est concedere: Hostiens. in summa hic num. 9. Si tamen periculum sit in mora, probabile est uti licere prudenti arbitrio: *Suar. dict. cap. 28. in fin.*

Hæc de privilegiorum effectu, 21 & interpretatione: quorum usus, si certo loco tantum sit concessum privilegium, ibi tantum erit; cum in uno loco privilegiatus uti privilegio suo alio in loco nequeat, ut dictum suprà per cap. cum Capella 16. de privileg. cum causa limitata liimitatum producat effectum. Ab inferiori quoque

que concessi non erit usus, nisi in concedentis territorio, quia extra illud cessat ejus jurisdictione. Et hoc quatenus concernit speciale jus territorii; neque enim potest privilegium unius Episcopi derogare praecepto, vel jurisdictioni alterius. Facit, quod talis privilegiatus, dum versatur in alieno territorio, non gerit se, ut incola domicilii sui, sed ejus territorii, in quo existit, ejusque legibus est subjectus. Sic habens privilegium vescendi extis pecorum in Hispania, non utetur eo in Gallia, aut Lusitaniâ. Quod si privilegium tale sit, quo in alieno territorio uti licet, quia actus sit indifferens, neque communi, neque speciali jure loci prohibitus, licitum est eo alibi uti, quia nec per locum istum constringitur non uti, nec per locum suum, cuius existens in alieno territorio legibus non tenetur. Quod si actus sit prohibitus jure communi, non etiam statuto particulari loci dispensatus legitimè à suo Episcopo, etiam alibi eo utetur; quia nec prohibetur per jus commune, propter dispensationem, nec per speciale, quod nullum est. Sic absolutus à censura ubique ministrat, & impeditus ad petendum debitum ex causa voti, aut aliâ, si tollatur impedimentum per Episcopum suum, etiam alibi copulâ utetur. Hæc ferè summa est eorum; quæ tradit *Suar. lib. 8. de leg. cap. 26. num. 7. & seqq.* Pontificio pri-

vilegio absolutè concessò ubique licet quis utitur propter universalem ejus autoritatem. Quod & dicendum de eo, quod ab Imperio indultum, saltem olim, quando universalis ejus erat jurisdictione, non hodie propter diminutum imperium.

Usus privilegiorum liber permittendus iis, quibus concessa, nec impediendus, aut ipsa privilegia violanda, non tantum direcetè, sed nec indirectè. Violatores debitè puniri vult *Pont. in cap. quanto 26. de privileg. dummodo* tamen se taliter componant in habitu, tonsura, & cæteris, ut ea mereantur, in iisque sunt defendendi. Unde Clericos citra habitum, & tonsuram inter laicos vagantes, ac delinquentes non defendendi privilegio fori responsum est in *capit. ex parte 27. de privileg.* & privilegium amittit, qui in minoribus ordinibus constitutus factus es miles sæcularis: *Rox. de incompatibilit. quæst. 7. cap. 5. n. 27.*

Quæritur autem: an privilegio sit sua vis, & usus commodus privilegiato, ante ejus notitiam? Respondeo privilegia regulariter non concedi, ut effectum suum conferant privilegiato ante notitiam, aut acceptationem, saltem per procuratorem, aut epistolam; cum nec mens concedentis regulariter talis sit, nec verba hoc indicent, nec moraliter expediat, ut non sit admittendum; ut recte Bart.

Bart. in l. *Beneficium num. 4. ff. de constit. Princip.* velit effectum eorum obtinere ab eo tempore , non etiam à tempore concessionis; citans in eam rem l. fin. *Cod. de consulib. libr. 12.* Facit pro eâ parte cap. 1. §. ex parte, ubi glos. de concess. præbend. in 6. Facit eodem argum. cap. si tibi absenti de præbēd. in 6. ubi absenti collato beneficio, jus in illud non adquiritur, donec collationem notam habeat. Item absenti facti manumissio, non ante dat libertatem , quām servus sciens acceptaverit: l. qui absenti 38. ff. de acquir. poss. & re donata , etiam si eam penes se habeat, nesciens sibi donatam esse , non fit ejus Dominus: l. absenti ff. donat. Ut idem dicendum sit de privilegio, quod est quædam donatio. Sic est legitimatio prolium , quæ est quodam beneficium , non aliàs effectum habet, nisi liberi eam ratam habuerint : *Novel. quibus modis natur. effic. sui* 89. §. illud tamen. Ratio adæquata esse videtur, quia ad effectum privilegii non est sufficiens activa concessio, sed debet accédere passiva acquisitione per eum, cui conceditur, cum beneficium non fiat invito , nec inscio: d. l. absenti , & l. invito 69. ff. de regul. jur. & voluntas non feratur in incognitum.

Dixi, regulariter; quia non de-  
est Principi potestas, quin conti-  
nuò possit velle , ut privilegium  
operetur suum effectum , etiam  
ante habitam notitiam , quia res

ea pendet à Principis voluntate,  
quæ non tantùm operatur in pri-  
vilegio per modum constitutionis  
indulto , ad quod per sufficientem  
promulgationem jus queritur; ve-  
rūm etiam per rescriptum. Ratio  
est, quod cum in hoc non sit magis  
necessaria notitia ad acquisitione-  
m , quām in istā , ut si in illā  
id velle possit statuere Princeps ,  
etiam in hoc possit ; cum non desit  
illi potestas ad conferendum con-  
tinuò motu proprio. Sufficit enim  
ex naturā rei voluntas formalis ,  
& virtualis acceptandi , quod sibi  
commodum. Nec facit , quod ad  
effectum promissionum humana-  
rum , ut inducatur obligatio , re-  
gulariter requiratur acceptatio ,  
nam potest & ante eam obligatio  
poni virtute legis humanæ: *Co-*  
*varr. 1. var. Resol. cap. 14. n. 16.*  
*Tiraq. de Privileg. piæ causæ cap.*  
116. Volunt autem aliqui, etiam  
si Princeps non contulerit privi-  
legium cum tali voluntate , ope-  
rari tamen in absente eum effec-  
tum , ut revocari non possit ante  
notitiam: Moventur d. cap. si tibi  
absenti de præbend. in 6. Verūm if-  
tud caput loquitur de eo , qui con-  
fert beneficium absenti , non tam  
liberè & suum , quām de necessi-  
tate officii , qui proinde non ré-  
vocat, quia officio suo functus; ut  
secùs sit in privilegiis , quæ per  
merum beneficium conferuntur,  
ut rectè traditum à *Covarr. 3. var.*  
*cap. 16. num. 1. Menoch. lib. 2. de*  
*arbitr. cas. 185. num. 46. & 47. &*  
*latissimè*

*latissimè Suar. dict. 1. 8. capit. 25.* per tot.

**24** Quæstio item est: an privilegiatus utatur suo privilegio contra privilegium? Respondeo æquiperationem privilegiorum propter, aut æqualitatem non obstat, quominus privilegiatus eo utatur contra pariter privilegium, qui & id servare teneatur; sive, ut ait *Covarr. ad cap. Possessor part. 2. §. 2. num. 4.* qui practicè uti vult contra alium, non impeditur: *l. fin. ff. ex quib. caus. maiores &c.* Ubi absens Reip. causâ contra pariter absentem Reip. causâ, filæsus sit, restituitur: agit enim unus de damno vitando, alter de lucro captando, ut meritò ille potior sit, & utatur suo privilegio contra alterum. Sic & duorum nobilium, quibus est privilegium, ne propter debita in carcerem tradantur, alter contra alterum privilegio suo utetur. Sic & Ecclesia, quæ gaudet privilegio non solvendi decimas, eodem utetur contra aliam Ecclesiam, cui est idem privilegium. Similiter Ecclesia non præscribit contra Ecclesiam, nisi spatio quadraginta annorum, & privilegium Cânonis est Clerico respectu alterius Clerici æquè privilegiati. Ratio est, quod illa similitudo in privilegiis sit valde per accidens ad usum privilegii, & ideo unum ad alterum non impedit: aut consideratur hac in parte læsio unius, & acquisitio alterius: Ita *Suar. dict. libr. 8. cap. 23. n. 3.*

Quod si privilegiati concurrant cum privilegiatis, tunc privilegiatus non gaudet suo privilegio, quorum alterum alteri resistit, ut usus contra alterum. Exemplum est in *l. verum 11. §. fin. ff. de minorib.* ubi filius fam. si mutuum à minore accéperit, non utetur S. C. Macedoniani beneficio, quod magis ætatis habeatur ratio, quam S. C. sic mulier apud minorem interveniens non utetur suo privilegio S. C. Velleani, si debitor, pro quo intervenit, non sit solvendus: *l. si apud minorem 12. ff. de minorib.* Est & exemplum in *Nov. de Santiss. Episc. 123. §. si quis sub conditione 37.* ubi Monasterium, quod ingreditur gravatus, non relictis liberis, excludit quidem substitutum, non tamen substitutam aliam piam causam, contra quam non utitur suo privilegio: *Cov. ad cap. peccatum part. 2. §. 2. num. 4. Suar. dict. cap. 23. num. 5. de quo multa diximus cap. 18. & 23. prope fin.*

Ex dictis jam patet tenéri prædictos Conservatores se contineri intra limites privilegii, tam quoad causas, quam quoad personas; ita ut quidquid ulterius agunt, nulliter agunt, ac delinquunt, ac puniri possunt; ut latè probat infinitis relatis *Pereyr. in sua Academia, seu Republica literaria lib. 7. disput. 2. quæst. 2. 3. & 4. per tot.* & similiter teneri intra limites suæ potestatis tuéri eos, quibus privilegia data sunt, aliter puniri debent;

debent; argum. *in authent.* habita Cod. ne filius pro patre. Perir. in sua Academia lib. 3. disput. 2. n. 322. ibi duodecim penes refert, quibus afficiuntur Conservatores negligentes, mutuatis à Rebus.

*in d. authent.* intra quas est, quod peccant mortaliter, & quod teneantur ad omne damnum, quod ex sua negligencia privilegiatis resultaret actione in factum.

*26* Bellè hic queritur: ab Conservatores nostri possint cogere familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis, ut inviti suo privilegio utatur? Respondendum videtur negativè ex *tx. in cap. 6. de privileg.* ubi potest quis negligere privilegium eoquè per non usum privari, ut diximus latè in *cap. antecenti*, ex cā ratione, quod sit inductum in favorem, cui potest quilibet renunciare, ex *l. penult. Cod. de paci.* & nos diximus latè *cap. 4.*

*28* Vera hæc est sententia, quatenus secundū regulam juris privilegiū ipsum tantum concernit uti; de quo in *diel. cap. 6. ubi latè Barbos.* n. 4. & simile; secūs verò quando privilegium specialiter ejus nomine non est inductum, sed Ordinis, vel tertii; quale est privilegium Canonis Clericis concessum, cui idè non renunciant, ut infinitis relatis tradit *Zoez. ad titul. de for. compet. numer. 20.* & *de privileg. num. 28.* & *de sentent. excommunication. numer. 4.* ex quā ratione possunt Conservatores, de quibus sermo est, cogere

familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis, ut privilegio suo utentur, cum in eorum favorem primario non sit inductum; ut latè diximus *cap. 4.* & *cap. 19.* *cap. 24.*

*29* Huic quæstioni alia succedit, nēpe: an teneantur Judices Ordinarii ex officio remittere omnes causas, tam civiles, quam criminales familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis ad eorum Conservatores, ipsis familiaribus non potentibus, nec declinati bus? Quæ videtur resolvenda pro parte negativa; tūm, quia quandō quis gaudet privilegio, debet illud propōnere ante omnia, quia si illud non opponat, prorogatur jurisdiction, & tenetur respondere coram Ordinario, qui habet intentionem suam fundatam in cognitione: *Ord. lib. 3. titul. 20. §. 9.* *Peg. ad princ. Ord. lib. 2. tit. 47. n. 30.* & nos ex multis diximus c. 19.

Tūm, quia Judex tñi tenetur explorare privilegia; quia omnes præsumuntur Judicibus Ordinariis subjecti: *Carlet. de judic. tit. 1. disp. 2. num. 972.* *Peg. cum aliis ubi supr. numer. 31. ubi infinitos citat.* Tūm denique, quia non omnes familiares privilegio fori gaudent, sed tantum numerarii, ut diximus in *cap. antec. n. 237.* & *238.* & Judex non tenetur ex officio explorare, an familiaris sit ex numero, vel non; & ita ante omnia videatur dicendū familiarem tenere exceptionē incōpetentiæ opponere

coram Ordinario, ad hoc, ut cognoscatur, an casus sit exceptuatus à sua jurisdictione, ex *l. si quis ex aliena ff. de judic. l. ult. Cod. de except.* alias judex recte procedit: ut in simili de milite non excipiente nos docet *Peg. dict. num. 30. & 31. Amaya in l. 3. Cod. de Canon. largit. n. 13. & 14. Morl. in forens. tom. I. cap. 14. n. 3. & cap. 40. Galeot. responso primo à n. 50.*

<sup>32</sup> Verum si in memoriam revo-  
cemos ea, quae affatim tradimus  
*cap. 19. à num. 78. cum pluribus seqq.* difficultis redditur hæc resolu-  
tio, & maiori cum ratione, si  
*Leyt. de Inquisitionib. sive de jur. Lusitan. tract. 3. quæst. 10.* asser-  
renti judicem tenere ad Conservato-  
rem remittere Inquisitionem, in  
qua scholasticus delinquens est  
inventus ante pronunciationem,  
fidem adhibemus; ob quae affir-  
mativam tuemur partem, quandò  
notoria fuerit familiatura, & con-  
stiterit etiam notoriè familiarem  
esse de numero; ex his, quae  
diximus *cap. 19.* quae videnda sunt,  
ne temeraria nostra resolutio  
videatur, quae absque dubio pro-  
cedit precedente Conservatoris  
avocatione.

<sup>33</sup> Quomodo Conservatores procé-  
dere debeant ad tuendos eos, qui  
sua potestati subjiciuntur; tradimus  
*cap. 19. docetque Pereir. in sua Academia, seu Republica literaria lib. 7. disp. 2. quæst. 6. per tot. quibus addimus, quod quandò infringuntur privilegia, de quibus in pri-*

mo diplomate Regis Sebastiani,  
qui in pace requiescat, possunt  
Conservatores multare frangentes  
pœna quindecim aureorum; ut ex  
ipso diplomate patet.

<sup>35</sup> Putant privilegiati suos Con-  
servatores tenere illis favere, miti-  
orique pœna eos punire; & si illis  
non contingit, prout spectat, Con-  
servatores boni Conservatoris no-  
men non mereri, inverecundè af-  
firmant: sed cunctis privilegiatis  
inotescat privilegia non ad abusum  
data esse, nec ut privilegiati, di-  
tiorese fiant, aut palio privile-  
giorum insolentes existant, eoru-  
que confidentia, ac fiducia  
crimina licentiosius committant,  
& maximè familiaribus, officiali-  
busque Sanctæ Inquisitionis, qui  
ultra puritatem sanguinis, bonis  
moribus fungi debent; ita ut sint  
mites, atque sedati animi, ut do-  
<sup>36</sup> cet *Math. de regimin. Valentiae cap. 7. §. 3. sect. 1. num. 41. Aquil. ad Rox. de incompatibilit. part. 6. cap. 4. num. 23.* alias à servitio  
<sup>37</sup> S. sancti Officii expelli debent, ne  
ministerio tam sacro, ac venera-  
bili homines malis moribus imbui-  
ti inserviant, ejusdemque ministe-  
rii pulchritudinem, & authorita-  
tem vili faciant, ac deforment.

<sup>38</sup> Procedant itaque Conservatores  
pro eis, & contra eos servato juris  
ordine legibus ligati: *Pereir. in sua Academia lib. 7. disp. 3. quæst. 2. n. 1064. & quæst. 5. per tot. aliter moraliter peccabunt eodem mo-  
do, quo cæteri Judices, qui non  
servato*

servato juris ordine procedunt, & contra leges judicant; ut latè probat Pereir. dicit. quæst. 2. & 5. per tot. individuando varios casus, quos ibi vide; quia scitu digni sunt.

39 Appellatio, & gravamen à nostris Conservatoribus interpositum ad supremum veneradū Sanc*tæ* Inquisitionis Consilium pertinet, quia ex iisdem privilegiis sunt superiores judices; & an possint ad se in primâ instantiâ avocare causas, inquire potest? Cui quæstioni videtur affirmativè respondere Cov. pract. cap. 9. num. 3. ubi Far. Escobar de pontific. & reg. potest. cap. 25. num. 4. Pereir. in sua Academia lib. 3. dispu. 4. quæst. 2. n. 403. sed nos negativè respondeamus adhærendo decisioni text. in l. solent. §. sicut ff. de offic. Proconsulis ibi Non debet in consulto Principe hoc facere, cui congruè supradicti non satisfaciunt, nec illis, quæ pro hac etiam parte considerari solent: si in memoriam revoce mus tradita cap. 19. in princip.

40 Conservatores, ceterique Ju-  
dices privilegia interpretare non possunt, quia hoc de regalibus est; ut diximus cap. 2. docetquè cum mult. Peg. ad rubr. Ord. lib. 2. tit. 25. n. 2.

Quoties verò non agitur de interpretatione Regii privilegii, sed de facto eveniente circa illud, tunc inferiores judices possunt de eo cognoscere: Bal. in cap. 1. apud

quem, vel quos feudi controv. in usib. fæudor. Anton. de Butrio in cap. cum venissent de judic.

Possunt etiam de interpretatio-  
ne privilegii inferiores cognos-  
cere, si incidenter de privilegio  
fuerit oppositum, & de eo in vim 43  
exceptionis, replicando agatur;  
ut notant Abb. & Felin. in diß.  
cap. cum venissent, ubi Decius,  
& communiter scribentes Joāo  
Garcia de Hispan. Nobilit. glos. I.  
§. 1. num. 3. qui hoc declarat, di-  
cens, quod hoc sit intelligendum, 44  
quando agitur de interesse, aut  
commodo particulari, quia tunc  
non dicitur esse in dubio jus pri-  
vilegii, sed jus partis: Bald. in l. hi  
qui Cod. de appellat. communiter  
legistæ in l. ex facto ff. de vulgar  
Jacob. Galici in extrav. Curiar.  
cap. 7. num. 8. verb. septuageſſi-  
mi quarto, allegati per Cancer. 3.  
tom. variar. cap. 3. de privileg.  
num. 147. qui expreſſe num. 165. 45  
attestatur, quod illud, quod su-  
pra dictum est, pro regula Rega-  
liæ superioris, videlicet, Solum  
Regem posse declarare sua privi-  
legia; hoc esse dicendum etiam  
de confirmatione facta per Regem;  
quia facta confirmatione, solum  
poterit Rex cognoscere in forma  
specifica, cum habeat dicta con-  
firmatio vim privilegii, ex senten-  
tia: Abb. post gloss. in capit. de con-  
firmationib. & ibi Dec. & alii  
de confirmat. util. vel inutil. Felin.  
in cap. cum venissent numer. 3. de  
Judic. Angel. in l. ex facto ff. de

vulgar. *Cavalcan.* decif. 4. n. 35. p. 2. nec alienum erit dicere, quod cū ordinarie in privilegiis privatis, soleat apponi illa clausula, *quatenus est in usu*, si privilegium exhibeatur coram Judice inferiori ordinario, & per partem apponatur defectus privilegii, eo quod non erat in usu tempore confirmationis, poterit Judex inferior cognoscere de illa qualitate, si erat in usu, aut non; quia tunc principaliter non agitur de validitate, vel invaliditate ex defectu jurisdictionis, seu voluntatis Regis, sed de mero facto, si ita erat tempore confirmationis, quia illa verba *quatenus* sunt limitativa non voluntatis, sed facti ipsius partis, & sic facit confirmationem privilegii limitatam, & restrictam ad usum praecedentem, cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus, ut ex *Bart. in extravag. ad reprimendum, verb. prout, ex aliis refert Cassanate conf. 43. n. 50*. 89. quia ex praedictis verbis apparet Regem nil de novo voluisse donare: notant Doctores in *cap. ex frequenti de constit. cap. quia diversitatem de concess. praebend. Gallic. Pradv. observ. lib. 1. observ. 1.* facit, quod tradit *Rota Marchia decif. 14. per tot. ubi dicit*, quod fundans se in confirmatione debet probare factum; de hoc igitur cognoscit Judex inferior, non verò de substantia, & valore privilegii.

51. Est igitur sciendum, quod illud

dicitur esse de substantiâ, & efsentiâ Regaliæ interpretandi Regia privilegia, quandò apponitur aliquis defectus, seu vitium illius, veluti, quod non sit expeditum in debitâ formâ, ut tradit *Garc. de Hispan. Nobilit. gloss. 1. §. 1. n. 4.* vel quandò ex immunitate, seu exemptione in eo concessa, aliquod præjudicium Fisco infertur: *gloss. in cap. rescripta 25. quæst. 2. Bald. in l. neque damnosâ Cod. de precib. Imper. offer. & ibi Joan. de Platea.*

Secundò dicitur etiam principaliter de privilegii substantiâ tractari, quandò agitur de verbis illius, & verò sensu, ac dispositione: *Bald. Joan. Andrey, & Felin. in cap. cum venissent de iudic.*

Tertiò dicitur etiam principaliter respicere substantiam privilegii, quando est dubium, an Princeps fuerit legitimè, ac viridicè informatus de causis, ob quas motus fuit ad illius concessionem, videlicet, an causæ sint veræ, aut falsæ, quæ Regi narrata fuerunt.

Quartò, si agatur de perpetuitate, vel temporalitate illius, juxta privilegii tenorem, etiam dicitur, hoc casu, ad Regem pertinere illius declarationem, non verò ad Ordinarios: *Joan. Garc. d. gloss. 1. §. 1. n. 7.*

Ex praedictis infertur, quod licet de nobilitate, seu militiâ aliquius, veluti, quod declaretur Miles, seu Nobilis principaliter non

non possit cognoscere, nisi Rex, & ejus Consilium; si vero incidenter in aliqua causa agatur de Nobilitate alicujus coram aliquo Judice ordinario, tunc talis Judex poterit de Militia cognoscere, seu de nobilitate: ex l. quoties

57 Cod. de judic. ubi Judex, qui principaliter de statu cognoscere non potest, cognoscit, incidenter, ibi: *Nil prohibet quominus apud eum quoque, qui alioquin super causa status cognoscere non potest, disputatio terminetur.* Textus optimus in lege l. Cod. de Ord. Judic. ibi: *Quoriam non de ea, sed de hereditate pronuntiat.* Bartol. in dict. l. quoties, & alii immensi.

## CAPUT XXVI.

De privilegiis spiritualibus familiariis Sanctæ Inquisitionis concessis?

## SUMMARIUM.

1 Recitantur privilegia spiritualia familiarium, officialiumque.

**I**N foro interno etiam familiares, officialesquæ Sanctæ Inquisitionis sua privilegia habent; quæ refert Param. de Origin. Sandæ Inquisitionis libr. 2. tit. 1. cap. 4. à n. 1. usque ad 14. scilicet, ut possint, cum creantur, ex tunc scilicet in vita absolviti casibus reservatis in Bulla Cœnæ; &

iterum in articulo mortis, tempore creationis indulgentiam plenariam consequuntur, si peccata sua cum contritione confiteantur, nec non tempore interdicti divinis interesse possunt, & si obierint, possunt in Ecclesia sepeliri, indulgentias stationum Urbis Romanae consequi valent singulis diebus anni, si singulis diebus anni quinque altaria Ecclesiæ (si tot ibi fuerint) aut unum altare loci, in quo eos esse continerit Psalmum unum flexis genibus, vel quinques orationem dominicam, & toties salutationem Angelicam in quolibet altari indulgentias stationum ibi lucrari; prout tradit Param. supr. ubi citat Bullas concessionis, & alia spiritualia privilegia refert, quæ ibi videri possunt, & apud alios Doctores.

Et vos o tres Sanctissimi Apostolici Inquisitores, quibus hunc septimum mei laboris tractatum, & tomū officiosus obtuli, labores pastos, & passiendos in illius elaboratione, & edictione Deo offerre digneris, in satisfactionem, & solutionem meorum debitorum; & sic me instruite, & docete, ut omnia opera mea proditura sint ad maiorem Dei gloriam, & ad proximorum meorum utilitatem, ad cuius finē sudavi, laboravi, & vigilavi. Et

*Si finem queris nostri hæc metas laboris,*  
*Debetur soli gloria summa Deo.*

# PROTESTATIO.

**E**go Didacus Guerreiro Camacho de Aboym tibi o alma Sancta Romana Ecclesia, fidei primas defero libens nullum, invalidum, ac inditum volo, quod in hoc opusculo dixi, quod Catholicæ Christianæ Romanæ fidei in ullo aduersetur, vel quod bonis moribus dissonum fuerit, tuis Santissimis censuris corrigendum, delendum libenter submitto, & instanter, ac toto corde Religiosissimis, ac summis viris, quibus hoc opus revidendum committetur, a quo cumque Tribunali, sive Ecclesiastico, sive saeculari, peto, ut deleant, abolientque omnia, quae minus recte dixi; & ita praetor, ac protestor primo Kalendarum Augusti Anno Domini millesimo sexagentesimo nonagesimo octavo.

DIDACUS GUERREIRO CAMACHO DE ABOYM

*Laus Deo Trino, & Uni, Virginique Matri.*

REGI-



# REGIMENTO DO JUIZO DAS CONFISCAÇOENS

*Pelo Crime da Heresia, e Apostasia.*

**O**BISPO D. Fernaõ Martins Mascarenhas, Inquisidor geral nestes Reinos, e Senhorios de Portugal, do Concelho de Estado de Sua Magestade &c. Fazemos saber que com parecer de pessoas de boa consciencia, Letrados, e de experienzia dos negocios do Santo Officio, ordenou Sua Magestade novo Regimento do Juizo das Confiscaçōens pelo crime de Heresia, e Apostasia, declarou nelle algumas cousas das que se continhaõ no Regimento, que até agora servio, e acrecentando, e reformando outras, encarregando-nos por sua carta o fizemos dar à execuãō, e que aos traslados delle assinados por dous do Concelho geral da Inquisiçāo se desse tanta fé, e credito, como ao proprio original, que está no secreto do mesmo Concelho por elle assinado, e fendo visto por nós o dito Regimento, e a obrigaçāo que temos de o fazer cumprir, e guardar, o fizemos logo imprimir, para que impresso, e assinado por dous do Conselho geral do Santo Officio se cumpra: e mandamos aos Juizes do Fisco, Officiaes delle, e às mais pessoas a que toca o guardem, e cumpraõ inteiramente assim como nelle se contém, e S. Magestade manda, o qual Regimento he o que ao diante se segue. Dada em Lisboa sob nosso final sómente aos sete do mez de Dezembro. Simão Lopes o fez anno de 1620.

*O Bispo D. Fernaõ Martins Mascarenhas. Inquisidor geral.  
DOM*

**D**om Filipe por graça de Deos Rey de Portugal, e dos Algarves, dáquem, e dalem Mar, em Africa Senhor de Guiné, e da Conquista, Navegaçao, Commercio de Ethiopia, Arabia, Persia, e da India, &c. Faço saber que querendo eu hora prover, e dar ordem à cerca da boa arrecadaçao, e administraçao dos bens, e fazendas confiscadas para minha Camara, e Fisco Real por razaõ do Crime de herezìa, e apostazìa em todos meus Reinos, e Senhorios; e assim ao modo, e fórmā, em que os Juizes, Executores, Thesoureiros, e mais Officiaes do dito Fisco devem proceder nas causas, e materias pertencentes ás ditas Confiscaçōens, e execuçōens, e arrecadaçōens, guarda, e conservaçao dos ditos bens, e fazendas Confiscadas: Mandei ver por pessoas de boa consciencia, letras, e experienzia dos negocios, e materias do Santo Officio, os Regimentos, e Proviwoens, de que até agora se usou, e por ser necessario declararem-se algumas cousas, e accrescentarem-se, e reformarem-se outras, com parecer dos ditos Letrados, e dos do meu Concelho ordenei o Regimento seguinte, do qual hei por bem que se use daqui em diante, e naõ de outro algum.

## CAPITULO I.

Qual deve ser o Juiz do Fisco.

Do foro, e privilegio do Fisco,  
Vide Car-  
lev.dejudic.  
tit. 1. disp.2.  
q. 9.

**P**rimieramente os Juizes das Confiscaçōens serão pessoas de boa consciencia, e letras, e muita confiança, sem raça alguma de Mouro, ou Judeo, e à cerca da nomeaçao, e provimento destes cargos se guardará a ordem, e fórmā, que eu ordenar por huma Provizaõ de fóra, e as cartas que se lhe passarem, serão por mim assinadas, e passadas pela Chancellaria, e nella farão juramento em fórmā nas mãos do Chancellor mór, de bem, e verdadeiramente administrarem o dito Officio.

## CAPITULO II.

Do que deve fazer o Juiz do Fisco, té-  
do avizo por  
escripto dos

**T**anto que o dito Juiz tiver especial recado dos Inquisidores por escripto, em que lhe façaõ saber, que mandarão prender alguma pessoa, irà logo com muita diligencia ás casas, onde mora-

morarem os culpados, com o Escrivão de seu cargo, e com outro Escrivão, ou Tabelliaõ, que tambem comsigo levará, e haverá à sua maõ todas as chaves das taes casas, e das arcas, e escriptorios, que nellas estiverem, para que se naõ possa sonegar, nem esconder couça alguma, e mandará a cada hum dos ditos Escrivães que faça seu inventario por si apartado de todos os bens moveis, e de raiz que forem achados aos ditos culpados, declarando nos ditos inventarios as confrontações dos bens de raiz, e os lugares onde estaõ; e nos moveis porá taes finaes, e declarações, por onde em todo tempo se possa conhecer, e saber quaes saõ: e sendo peças de ouro, ou de prata, se pezarão, e avaliarão por officiaes, ou pessoas que o bem entendaõ, com juramento que lhes será dado, e farse-ha declaração das feiçõens, e obra das ditas peças, e das marcas dellas, e a pedraria se avaliará outro sim pela dita mancira, e se assentará nos ditos inventarios com declaração da valia della, e dos mais finaes, e feiçõens que tiver, de modo que com as ditas declarações naõ possa haver engano nas ditas peças, nem se possa trocar humas por outras, nem haja sobre isso duvida alguma.

Inquisidores, que mādaõ prender alguma Pefsoa.

Das declarações dos bens, que se lançaõ no inventario.

## CAPITULO III.

**E**sendo caso, que ao tempo que o Meirinho, ou outro algum Official do Santo Officio for por mandado dos Inquisidores prender alguns culpados, naõ se achando o dito Juiz das Confiscações, será requerido de minha parte qualquer Corregedor, ou Juiz, que primeiro se achar, que vâ fazer os ditos inventarios, o qual os fará pela fórmula acima declarada, e o dito Meirinho, ou outro Official do Santo Officio, que for fazer a prizaõ, terá entre tanto tomadas as chaves das casas, arcas, e escriptorios dos ditos culpados, e se naõ sahirá dellas até naõ vir qualquer dos ditos Julgadores, e que houver de fazer o dito inventario, ao qual as entregará para isso.

Em falta do Juiz assistirá a dita diligécia, Corredor ou Juiz: vide cap. 13

## CAPITULO IV.

**E**ssim fará o dito Juiz escrever nos ditos inventarios todas as escripturas, e livres de razão, que nas ditas casas se acha-

Ces

rem,

Da forma em que se lançaõ os papéis nos inventários.

rem, sem se trasladarem todos, sómente se porá por memoria a substancia do que contém em si, e as escripturas por quem forão feitas, e em que tempo.

## CAPITULO V.

*Do que missis  
se ha de escrever nos  
inventarios:  
& quid se houver cou-  
fas alheas?  
vide cap. 19.*

**P**ela mesma maneira fará o dito Juiz escrever nos ditos inventarios todas, e quaesquer dvidas, que forem devidas aos ditos culpados, ou que elles deverem a outras pessoas: e sendo-lhes achadas algumas coufas alheas, fará disso declaraçāo nos inventarios conforme a informaçāo, que sobre isso tomará, assim das pessoas de casa, e vizinhos, que lhes parecer o poderão saber, e a maneira porque vieraõ a poder dos ditos culpados; e o direito, e acção que nellas tem, como do livro da razaõ, escripturas, e papeis que sobre isso achar, e de tudo fará o summario, que lhe parecer necessario, conforme a direito, e com juramento por modo, que tudo fique bem declarado no dito inventario, e se não possa sonegar coufa alguma.

## CAPITULO VI.

*Do que se deve obrar,  
achando-o-e  
livros, e pa-  
peis defezos.*

**E**achando-se nas ditas casas alguns livros defezos, ou outros papeis de qualquier qualidade que sejaõ, pertencentes ao Santo Officio, fará o dito Juiz fazer disso auto apartado, e enviará os ditos livros, e papeis pelo Escrivaõ de seu cargo aos Inquisidores, para nisso proverem como lhes parecer justiça.

## CAPITULO VII.

*Da forma em  
que se ha  
de fazer os  
inventarios,  
e das perso-  
as, que a el-  
les haõ de  
assitir.*

**O**dito Juiz mandará recado ao Thesoureiro das ditas Consigaçōens, para tambem ser presente ao fazer dos ditos inventarios, quae serraõ numerados em todas as folhas, e no fim delles se fará encerramento, que sera assinado por elle Juiz, e pelo Escrivaõ, ou Tabelliaõ, que ha de fazer hum delles, como acima fica dito, e por duas testemunhas das que forem presentes, e naõ podendo o dito Thesoureiro boamente ser presente, nem por isso se deixará de fazer os ditos inventarios no modo sobredito com

as

as testemunhas que forem presentes, que ao menos serão duas, e será tambem presente ao fazer dos ditos inventarios huma pessoa das que pertenderem direito na tal fazenda, ou alguma outra pessoa que esteja por elles, como seu procurador, à qual se dará juramento, que tenha cuidado do que pertencer a bem das partes: e querendo as ditas partes, ou seus procuradores fazer alguns requerimentos, ou ajuntar papeis, o farão em autos apartados, e não nos inventarios; e pedindo disso trasladados, se lhes darão à sua custa, e não do Fisco. E sendo caso que o dito inventario se não possa acabar em hum dia, no estado em que ficar, e cada vez que o Escrivão deixar de o continuar, se numerarão as folhas, que até àquelle estado ficarem feitas, e fará o termo do numero dellas assinado pelo dito Juiz, Escrivão, Thesoureiro, e testemunhas.

Quando não se acabando em hum dia,

## CAPITULO VIII.

 Nisi Princeps contrarium jubeat, *n. 128.*  
 Non habent tamen privilegium causâ negotii: *n. 131.*  
 An novam impositionem vinorum solverē teneantur? *n. 136.*  
 Sunt etiam immunes ab officiis consiliorum: *cap. 21. n. 1.*  
 Sunt etiam privilegiati à petitis: *c. 21. n. 10.*  
 Non tenentur solvere collectas impositas à consiliis; *de quo vide in verbo collecta.*  
 Non sunt privilegiati ab onere tennendi equam: *c. 21. n. 55.*  
 Cogi non possunt transmutare carceratos: *c. 21. n. 55.*  
 Nec ad ferendam pecuniam de loco ad locum: *n. 58.*  
 Cogi non possunt esse tutores, seu curatores, nisi tutela, seu cura sit legitima: *c. 21. n. 62.*  
**Officia reipublicæ exercere** nō coguntur: *n. 64.*  
 Si verò exerceant, & delinquunt privilegio non obstante, à Judicibus Ordinariis puniri possunt: *n. 65.*  
 Sive officia sint maiora, sive inferiora: *n. 66.*  
 Neque iudices, neque Decuriones, neque Procuratores, neque Aediles, aut Depositarii Orphanorum esse coguntur: *c. 21. n. 68.*  
 In illis limitatur regula, quod ab officiis honorificis nemo excusat: *n. 65.*  
 Cogi non possunt esse receptatores Depositarii, exactores, nec alia officia quocūque nomine dicta exercere: *c. 21. n. 81.*  
 Nec procuratores curiarum: *c. 21. n. 82.*  
 Si tamen exercere inceperint, continuare coguntur: *n. 83.*  
 Ad officia, quæ spectant ad cultum Divinum, non excusantur: *c. 21. n. 84.*  
 Decuriones, & Judices non possunt cogere familiares, ut panem suum vendant causâ necessitatis: *c. 21. n. 109.*  
 Quamvis Princeps jubeat, & omnes cogantur vendere, quibuscumque privilegiis non obstantibus: *c. 21. n. 116.*  
 Dummodo privilegia pro expressis non habeat, & deroget: *c. 21. n. 117.*  
 Possunt prohiberi, ne panes suos foras vendant: *n. 123.*  
 Nec ultra taxam vendere valent: *c. 21. n. 125.*  
 Vendentes ultra taxam, quomodo ad restitutionem teneantur? *c. 21. n. 126.*  
 Quoad frumenta, quæ ad revenendum emunt, vel negotiatio-  
nis

- nis causâ consequât, privilegio non muniuntur: *c. 21. n. 127.*
- Vina sua vendere, vel alio modo alienare necessitatis prætextu cogi non possunt: *n. 128.*
- Taxam tamen illius observare tenentur: *n. 129.*
- Nec etiam res parvi ponderis ab ilis auferri possunt: *c. 21. n. 130.*
- 131.*
- Quoad vestes, quæ privilegia familiares habeant? *Vide in verbo vestis.*
- Quando amittant privilegia ob contraventionem? *Vide in verbo contraventio.*
- Familiares, officialesquè Sancti Officii eo ipso, quod tales esse desierint, privilegia amittunt: *c. 24. n. 103.*
- Similiter cessante causâ privilegii: *c. 24. n. 206. 107. & 108.*
- Pariter, si suâ culpâ, ministerio Sancti Officii deficiunt: *c. 24. n. 110.*
- Familiares extranumerarii nullo fruuntur privilegio: *c. 24. n. 237.*
- Et ita prius probare debent se esse de numero, quam admittantur: *Vide in verbo qualitas.*
- Allegare debent suum prвilegium: *c. 3. n. 36.*
- Quis privilegio gaudet, illud probare debet: *c. 25. n. 30.*
- Privilegia spiritualia, quæ competunt familiaribus, officialibusque Sanctae Inquisitionis, *vide in c. 26. per tot.*
- Cætera, quæ hic spectat, invenies in aliis locis.
- Familiares.* Famuli familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis non gaudet privilegio dominorum: *c. 8. & n. 1. & 17.*
- Nec famuli Clericorum: *n. 19.*
- Nec Ecclesiarum: *n. 20.*
- Nec militum: *n. 21.*
- Nec cuiuscumque personæ, quæ ad id expressum privilegium non habeat: *n. 22.*
- Limitatur in servis perpetuis: *n. 23.*
- In famulis Scholasticorum: *n. 24.*
- In famulis Senatorum: *n. 25.*
- In famulis equitum Militensium: *n. 26.*
- Vel quâdo inutile remaneret privilegium: *n. 27.*
- Famuli associantes Dominos Judices possunt ferre arma: *n. 28.*
- Famuli equitum trium ordinum non excusantur à collectis, seu gabellis: *n. 28.*
- Familiam armatam sicut Episcopi, Inquisitores Apostolici habere possunt: *c. 9. n. 24.*
- Fidejussor* familiaris, officialisque Sancti Officii privilegio fori non gaudet: *c. 18. n. 143.*
- Nec Clerici fidejussor: *n. 144.*
- Nisi fidejussor fidejubeat apud Ecclesiasticum judicem: *c. 18. n. 145.*
- Fidejubens pro familiaribus apud judicem fisci, apud eum convenientus est: *c. 18. n. 146.*
- Idem dicendum est de fidejubente pro officialibus apud Inquisidores Apostolicos: *c. 18. n. 146.*
- Filius familias* familiaris an in nostro regno privilegio patris gaudet

- deat: *cap. 18. n. 5. & 6.*  
 Filius, filiavè patris nobilitate gaudent: *cap. 5. n. 36. c. 7. n. 1.*  
 Ignominiosum est matris, & non patris prænomina, & arma sequi: *c. 5. n. 37.*  
 Filius, filiavè quoad statum matris conditionem sequitur: *c. 5. n. 38.*  
 Apud nos possunt filii armis maternis uti: *cap. 5. n. 43.*  
 Filii sunt corporis patrūm veræ partes: *c. 7. n. 2.*  
 Filii Equitum trium ordinum militarium patrum privilegiis frumentur: *c. 7. n. 3.*  
 Similiter filii Clericorum conjugatorum: *c. 7. n. 4.*  
 Et Senatorum: *c. 7. n. 5.*  
 Incluso patre includitur filius, & è contra: *c. 7. n. 6.*  
 Nobilitas patrūm ad filios dirivatur: *c. 7. n. 7.*  
 Patrūm privilegiis non potiuntur filii emancipati: *c. 7. n. 8.*  
 Privilegium concessum filii, & descendantibus ad natos ex fœminis non exenditur: *c. 7. n. 9.*  
 Nisi fœminis sit concessum: *cap. 7. n. 10.*  
 Mortuis patribus filii, filiævè familiarium Sanctæ Inquisitionis eorum privilegiis non gaudent: *c. 7. n. 11.*  
 Filii illegitimi patrūm privilegiis non gaudent: *c. 7. n. 12.*  
 Nepotes etiam privilegiis non frumentur: *c. 7. n. 13.*  
 Jure communi attento aliquando poterunt: *c. 7. n. 14.*
- Filiævè, quæ in domo patrūm non degunt, nec eorum expensis aluntur eorum privilegiis non gaudent: *c. 7. n. 15.*  
 Filii naturales plebœorum in nostro Regno eisdem utuntur privilegiis, quibus legitimi potiuntur: *cap. 7. n. 17. Vide summarium cap. 7.*  
*Forensis* ingrediens provinciam tenetur indagare de statutis illius: *c. 9. n. 14.*  
 Forenses comprehenduntur sub legge circa arma: *n. 23.*  
 Sunt tamen mitiùs puniendi: *c. 9. n. 15.*  
*Forensis* ad collectas impositas pro construendis, reparandis aut ornandis Ecclesiis, licet ibi bona possideat, non tenetur: *cap. 21. n. 4.*  
 Habens duas parochias, quoad parochiam, quām magis frequenter, collectari potest: *c. 21. n. 41.*  
*Forum* dilicti præstantius est cæteris foris: *c. 12. n. 10.*  
 Ratione dilicti sortitur quis forum in loco illius: *c. 12. n. 1.*  
 Tam in foro domicilii, quām originis procedi potest contra delinquentem: *c. 12. n. 9.*  
 Ratione contractū in loco illius quis conveniri potest: *c. 18. a. n. 42.*  
 In loco rei sitæ quis conveniri potest si ibi inveniatur: *n. 33.*  
 Actor tenetur sequi forum Rei: *c. 12. & 18.*

## G

**G**abellæ. Familiares non sunt exempti à gabellis: *cap. 20.* *n. 138.*

Officiales continui non solvunt gabellam: *c. 20. n. 139.*

Nisi causâ negotiationis emant, vel vendant: *c. 20. n. 140.*

Judices, & officiales fisci nō solvunt gabellam: *c. 23. n. 18.*

Sunt enim officiales continui Sancti Officii: *c. 20. n. 21.*

## H

**H**omicidium qualificatum est crimen exceptum in privilegiis familiarium, officialium quæ Sanctæ Inquisitionis: *c. 13.* *n. 26.*

Quid sit homicidium qualificatum, & qui de eo agunt? *c. 13. n. 17.*

*Homo* hominis mei meus non est homo: *c. 8. n. 17.*

*Homo* ratione eminentis dignitatis supra animalia est, & inter mobilia non venit: *c. 17. n. 27.*

*Hospitium.* Jus hospitandi de regalibus est: *c. 10. n. 1.*

Familiares Principis tenentur subditi hospitare: *n. 2.*

Magistratus, cæterosque milites militiæ togatæ: *n. 3.*

Magistratus possunt compellere subditos, ut sibi domos, solitas locari, locent: *n. 4.*

Quando domos solitas locari non inveniunt, à quibuscumque personis pro suâ habitatione capere possunt: *c. 10. n. 5.*

Similiter cogere valent equos, mullos, curricula, & cætera sibi locari: *n. 6.*

Etsi locari solitos non invenerint, possunt cogere dominos ad ea sibi pretio locanda: *n. 7.*

Ad victum, & vestitum necessaria sibi vendere dominos cogere possunt: *n. 8.*

Jus hospitalitatis competit Ministris, in quocumque loco suæ jurisdictionis: *n. 12.*

Dummodò in regio servitio detinentur: *n. 13.*

Militibus militiæ armatæ hospitiū dandum est: *c. 10. n. 14.*

Qui hospitandi jus habent, suis sumptibus vivere debent: *n. 26.*

Ultra hospitium nil eis debetur: *n. 17.*

Nec sponte donata accipere possunt: *n. 19.*

Nec incolæ tenentur minori pretio illis vendere: *n. 20.*

Etsi stipendia debito tempore eis non solvantur: *n. 22.*

Hospitandi jus tantum habent, quibus hoc à Principe fuerit concessum: *cap. 10. n. 26.*

Ad quod privilegium priùs ostendere tenentur: *n. 27.*

Dantes hospitium, non habentibus, officia sua ipso jure amittunt: *n. 28.*

Prohibitum est privilegium impetrare, ut ædes suæ ab onere hof-

Hhh pitandi

- pitandi sint immunes: n. 29.  
 Exprimitur pœna, quâ hujusmodi  
 coercentur: n. 30.  
 Ab onere hospitandi nullus etiam  
 privilegiatus censetur immunis:  
 n. 31.  
 In generali immunitatis concessio-  
 ne non comprehenditur privi-  
 legium non hospitandi: n. 32.  
 Omnes civitates, sive oppida cujus-  
 cumque sint, ad hospitium te-  
 nentur: n. 34.  
 Non tamen tenentur, expresse à  
 Principe privilegiatae: cap. 10.  
 n. 35.  
 Familiares Sæctæ Inquisitionis hos-  
 pitare non tenentur: cap. 10. n.  
 36.  
 Neque judices, sive ordinarii, sive  
 Delegati: n. 37.  
 Neque Medici sacri Palatii, & offi-  
 ciales: n. 38.  
 Neque conductores, exactores, &  
 executores rerum fiscalium: cap.  
 10. n. 39.  
 Qui etiam à collectis pro onere hos-  
 pitandi sunt immunes: cap. 10.  
 n. 41.  
 Medici, & DD. similiter sunt im-  
 munes: n. 42.  
 Pariter & Clerici: n. 43.  
 Nec non laici cum Clerico habitan-  
 tes: n. 44.  
 Laici à collectis non liberatur, quæ  
 pro onere hospitandi imponun-  
 tur: n. 45.  
 Milites trium ordinum militarium  
 hospitare non tenentur: n. 46.  
 Illusterrima Civitas Eborense vir-  
 tute contractus onerosi hospitare
- non tenetur: n. 48.  
 Omnia supradicta limitantur in ca-  
 su necessitatis à n. 49. & vide in  
 verbo necessitas.  
 Familiares, officialesque Sæctæ In-  
 quisitionis privilegium hospita-  
 litatis actuum habent: c. 10. n.  
 69.  
 Et ad totam suam familiam: n.  
 50.  
 Habitationem habere non dicitur,  
 qui necessariam ad totam fami-  
 liam non habet: c. 10. n. 72. Vi-  
 de in verbo Scholasticus, & in  
 c. 21. à n. 85. usque ad 108. ubi  
 pulcra in materia invenies.

## I

**I**Mmunitas generaliter conce-  
sa de personalibus, & non de  
realibus est intelligenda: c. 10.  
n. 23.

Immunitas concessa à munieribus  
ad extraordinarias non protrahi-  
tur: c. 21. n. 75.

Inferior privilegia concedere non  
potest, nisi à Principe hoc ei sit  
concessum: cap. 3. n. 3. & n. 7.

In potestate inferioris non est legē  
superioris tollere: c. 3. n. 6.

Inferior consentientibus subditis  
privilegia concedere valet: c. 3.  
n. 6.

*Inhibitio* sive justa, sive non, est  
custodienda, & causat attenta-  
tum: c. 19. n. 92.

*Inquisitores Apostolici* possunt pro-  
cedere contra judices fœculares  
im-

- impedientes familiares, officialesque uti armis in servitio Sæcti Officii: *c. 9. n. 20.*
- Inquisitores contra impedientes suam jurisdictionem, vel privilegia procedere possunt: *c. 9. n. 21. & 19. n. 120.*
- Inquisitores sicut Episcopi familiam armatam habere possunt: *c. 9. n. 24.*
- Inquisitores, & Judices fisci sunt Judices privativi familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis: *c. 25. n. 11.*
- Inquisitores, quatenus conservatores officialium, an sint judices Sæculares, aut Ecclesiastici? *c. 19. & n. 121.*
- Inquisitorum jurisdictio est privativa: *c. 4. n. 20.*
- Non sunt minora privilegia Inquisitoribus concessa, quam Episcopis: *c. 12. n. 18.*
- Inquisitores Apostolici procedunt contra turbantes ministerium Sancti Officii: *c. 19. n. 127.*
- Turbantes ipso jure manent excōmunicati: *c. 19. n. 128.*
- Inquisitores Apostolici sunt Officiales Papæ, & camaræ Apostoliæ: *c. 23. n. 22.*
- Interpretatio.* Multiplex est interpretatio: *c. 3. n. 11.*
- Una probabilis, & non necessaria: *n. 12.*
- Altera necessaria, sed non generalis: *n. 13.*
- Alia probabilis necessaria, & generalis: *n. 14.*
- Denique probabilis, necessaria, &
- generalis in scriptis redacta: *n. 15.*
- Privilegia non tantum ex verbis, sed ex mente sunt interpretanda: *n. 18.*
- Judicum conservatorum non est privilegia interpretare: *cap. 25. n. 42.*
- Privilegia quandò possunt incidenter interpretare? *& n. 43.*
- Regalia interpretandi privilegia potest communicari: *n. 49.*
- Eius est interpretare, cuius est condere: *c. 3. n. 10.*
- Invitus* emere, vel vendere cogitur: *c. 21. n. 11.*
- Judices fiscales privilegiatos efficer nequeunt: *c. 3. n. 4.*
- Judices privativi tenentur inserere privilegium in requisitorii: *cap. 3. n. 33.*
- Judices an possint capere familiares, officialesque Sancti Officii portantes arma prohibita? *c. 9. n. 47.*
- Judices, & officiales fisci gaudent omnibus privilegiis, quibus gaudent familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis, quod variis modis ampliatur, & limitatur: *per tot. cap. 23.*
- Judex procedens contra jus spoliū committit: *c. 18. n. 29.*
- Judices non possunt formare inquisitiones speciales contra familiares, officialesque: *cap. 16. n. 122.*
- Et si eos capiant, eos statim remittere tenentur: *n. 123.*
- Judices, & Notarii contentionē

firmatā tenetur remittere processum originale ad sacrum, & supremum Inquisitionis Consilium: c. 19. n. 17.

Nisi contineat alios Reos: n. 118.

Contra judices, & Notarios renitentes remittere processum, an

Sacrum Consilium procedere possint? c. 19: n. 119.  
Judex peccat mortaliter accipiens officium, si adversus potētes procedere se esse incapacem agnoverit: c. 15. n. 6.

Qualiter tenentur ex dolo, imperitia, vel decidia? c. 15. à n. 7.

Ubi Judex cognoscere potest contra Clericos, sententiam executioni mandare potest: c. 15. n. 20.

Judex privatus potest inhibere, procedere què contra usurpan tes suam jurisdictionem: cap. 19. n. 22.

Admonentur Judices, ut pareant fidei Ministris c. 19. n. 135.

Judices non tenentur explorare privilegia: c. 25. n. 31.

Judicibus an resisti possit? *Vide in verbo* resistentia, & quæ reverentia illis debeat: *Vide in c. 14. pertot.*

Jurisdictio privativa omnē aliam excludit: c. 16. n. 7.

Jurisdictio data ad favorem domini à subditis prorogari non potest: c. 19. n. 39.

Jurisdictio ordinaria amplissima est, habetque intentionem fundatam adversus quoscumque: n. 40. & c. 25. n. 32.

Omnis jurisdictio est penes Principe m, & ab eo, tanquam à fonte, dimanat: n. 42.

Potest eam, ut voluerit, communicare: n. 43.

Judices nullam aliam habent, quam à Principe communicata: n. 44.

Jurisdictio Inquisitorum, Judicū cumque fiscalium quoad privilegiatos separata est ab ordinaria: n. 37.

## L

**L**Ex. Leges Hispaniae deficiētibus nostris sunt apud nos custodiendae: c. 9. n. 73.

Non ex vi ipsarum, sed ex vi rationum: n. 74.

Lex, seu dispositio generalis restringitur ex ratione particula ri: n. 80.

Lex futura non prævisa comprehendere non potest: c. 18. n. 59.

Lex non debet esse obscura, & incerta: cap. 2. n. 5.

Leges non debent esse ludibrio, nec per quemquam irrideri: c. 22. n. 22.

Utilius est reipublicæ paucas leges cum exécutione habere, quam sine illâ, multas: c. 22. n. 25.

## M

**M**Andatum in arduis non præsumitur: c. 9. à n. 46.

Mandatum morte mandantis finitur: c. 24. n. 3.

Mi-

- Milites.** Militum privilegia ad eos: Et severissime est puniendum:  
-rūm mulieres non extendit: n.39.
- Milites inventi cum armis prohibiti capi possunt: cap.9.**
- Milites quoad delicta commissa ante quam in matricula describantur, privilegio fori non gaudet: cap.12.n.55.**
- Milites familiares à suo foro avelle non possunt: c.18.& n.62.**
- Milites magis privilegiati sunt, quam viduae, cæteraeque personæ privilegiatae: cap.18.n.63.**
- Monetarii.** Monetarius inventus delinquens ad judicem monetæ est mittendus: c.9.n.62.
- Monetarius delinquens in officiis publicis non gaudet privilegio fori: c.15.n.ult.**
- Monetarii habent privilegium fori activum, & passivum: c.18.**
- n.66.**
- Familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis coram suo iudice convenire tenentur: cap.18.n.67.**
- Monetarius judicium divisionis declinare non potest: c.18.n.98.**
- Nec Conventus pro debito Regio: c.18.n.101.**
- Nec in judicio reconventionis: c.18.**
- n.108.**
- Nec in executione: c.18.n.116.**
- Monetarius agens contra alium eum convenire debet coram suo Juge: c.18.n.128.**
- Monopolium.** Non est crimen exceptum: c.13.n.38.
- Est tamen gravissimum: n.39.**
- Invehuntur DD. contra Judices illud non punientes: c.13.n.41.**
- Mors. Morte privilegiati amittitur privilegium: c.24.n.2.**
- Morte concedentis non expirant privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis: c.24.n.19.**
- Privilegia Principis perpetua sunt: n.4.**
- Gratiæ, & favores morte concedentis non expirant: n.5.**
- Gratia semel obtenta morte concedentis non expirat: n.21.**
- Privilegia odiosa sic: n.25.**
- Gratia, ut facta est, habet perfectum effectum: n.26.**
- Gratia de eligendo confessore ad libitum morte concedentis non expirat: 27.**
- Morte familiarium, officialiumque expirant privilegia quoad filios, & uxores: n.28.& 29.**
- Privilegium patroni, & socii morte expirat: n.30.**
- Mulieres non possunt se obligare, ut pro debito civili carceri trahantur: c.4.n.44.**
- Mulier nubendo ignobili nobilitatem amittit: c.5.n.34.**
- Et non potest vocari de Dom.**
- Mulieres etiam comprehenduntur sub statuto prohibente arma: c.9.n.21.**
- Mulier more meritricium vestita, meritrix presumitur: c.22.n.8.vide in verbo uxor.**

- N**ecessitas caret lege, & ipsa lex necessitati subjicitur: *c. 10. n. 50.*
- Necessitate urgenti etiam privilegiati contribuere tenentur: *n. 49.*
- Necessitatis casus semper intelliguntur exceptus: *n. 51.*
- Data necessitate potest Princeps rem à domino auferre: *n. 52.*
- Subditos compellere pecunias sine usuras mutuare: *n. 53.*
- Vasa Ecclesiæ assūmere: *c. 10. n. 54. & c. 20. n. 102.*
- Clericos ad tributa compellere: *n. 55.*
- Dummodo executio fiat à judice Ecclesiastico: *n. 56.*
- Necessitate cogente à communibus regulis receditur: *n. 57.*
- Vassallus alienari: *n. 58.*
- Pluraque expediri, quæ seclusâ necessitate fieri nequeunt: *num. 59.*
- Tutor inventario non confessio ad ministrare: *n. 60.*
- Episcopus res Ecclesiæ alienare: *n. 61.*
- Pater vendere filium, *n. 66.*
- Rustici, & Agricultores cogi valent venire ad civitatem ad vendendum: *n. 67.*
- Statutum pænale de non imponenda collecta cessat: *n. 62.*
- Examinatio testium ad perpetuam rei memoriam coram non judice
- causæ fieri valet: *n. 63.* Vide in verbo Decurio, & in verbo Princeps, & in verbo bellum, & in verbo collecta, & in verbo tributum.
- Ex non usu an privilegia amittantur? *c. 24. n. 49.*
- Privilegium faciendi ex non usu per decennium amittitur: *c. 24. n. 50.*
- Limitatur quandò non venit casus faciendi: *c. 24. n. 51.*
- Et quandò quis ignoravit se habere privilegium: *c. 24. n. 52.*
- Nisi per triginta annos ignoraverit: *c. 24. n. 53.*
- Per non usum non amittitur privilegium, quandò quis ex impedimento non usus est: *n. 54.*
- Nec quandò ei, qui privilegium concessit, solvit annua pensio *c. 24. n. 55.*
- Nec quandò facultas faciendi totally est posita in facultate privilegiati: *c. 24. n. 56.*
- Nec quandò privilegium non est concessum, ut singulis, sed ut universis: *c. 24. n. 57.*
- Nec quandò privilegia tendunt ad exceptionem: *cap. 24. n. 59.*
- Nec quandò Ecclesia est privilegiata: *c. 24. n. 60.*
- Nec quandò privilegium est pecuniâ quæsitum: *c. 24. n. 60.*
- Nec quandò remunerationis causâ est concessum: *c. 24. n. 61.* Vide in verbo contraventio, & in verbo usus, & in verbo abusus.
- Nobilis non gaudet privilegio nobilitatis, quoad ea, quæ fecit ante

- ante adeptam nobilitatem: *c.* 12. *n.* 56.  
 Immò reputatur humilis: *n.* 57.  
 Et filius naturalis ei succedit: *cap.* 12. *n.* 59.  
 Nobilis non potest renunciare privilegio concessò nobilibus: *cap.* 4. *numer.* 9.

## O

**O**fficiales continui Sancti Officii gaudent omnibus privilegiis, quibus familiares, & aliis, de quibus *in verbo* gallera.

Officiales Fisci, Judices, officialesque fisci Sanctae Inquisitionis omnibus privilegiis gaudent, quibus gaudent familiares, officialesque Sanctae Inquisitionis: *c.* 23. *&* *n.* 1.

Sunt officiales continui Sancti Officii: *n.* 21.

Auctis privilegiis familiarium, officialiumque Sanctae Inquisitionis, non augmentur fisci: *n.* 24.

Nisi etiam futura sint ad instar concessa: *n.* 25.

Nec è contra: *n.* 28.

Derogatis uniorum, aliorum derogata non censetur: *n.* 30.

Si per non usum lunii amittant, alteri utentes non; confirmatis uniorum, aliorum an censentur confirmata? *& n.* 35.

Non tantum expressa privilegia in concessione eis competunt, sed per consuetudinem acquisita: *& n.* 48.

Officialium est Judex privativus Judex, Judicis Inquisitores Apostolici: *c.* 25. & *c.* 4.

Omnia dicta de familiaribus, officialibusque Sanctae Inquisitionis, de officialibus fisci sunt intelligenda: *c.* 23. *&* *n.* 55. & 64.

**O**fficium. Delinquens in officio sive per commissione, sive per omissionem fori privilegio non gaudet: *c.* 15. *n.* 1. & 8. *& num.*

I 4.

Quandò quis dicatur delinquere in officio: *c.* 15. *n.* 13.

Privilegium concessum ratione officii, eo cessante, cessat: *cap.* 6. *& n.* 1. & *cap.* 24. *n.* 104. *cum pluribus.*

Officia consilii qui cogantur servire, & qui ab illos excusantur: *cap.* 21.

## P

**P**rochus est hospitandus: *c.* 10. *num. fin.*

**P**recatorium est custodiendum: *cap.* 20. *num.* 108. & *cap.* 3. *num.* 35.

**P**reces. Frustrè precibus impletatur, quod jure communi conceditur: *c.* 2. *n.* 20.

**P**rinceps committendo alicui judici cognoscere de aliqua re, cæteris hoc interdicere censetur: *c.* 13. *n.* 26.

**P**rinceps priùs sibi, quam populis tributa imponere debent: *c.* 20. *n.* 10.

Sub-

- Subditis reverentiam non debet : Reale, vel personale: *n.* 8.  
*n.* 19.
- Errare non potest, si judicio plurimorum acquiescat: *n.* 42.
- Non potest tutâ conscientiâ maiora tributa ferre: *n.* 69.
- Princeps in generali concessione tertio præjudicare velle non cœsetur: *c. 21.* *n.* 7.
- Principi interest divites habere vasallos: *c. 22.* *n.* 18.
- Princeps licet legibus sit solutus, legibus tamen vivere debet: *c. 22.* *n.* 26.
- Princeps tenetur in foro conscientiæ servare leges: *c. 22.* *n.* 29.
- Princeps ex contractu non minus obligatur, quam privatus: *cap. 24.* *n.* 124.
- Princeps non præsumitur scire jus privatum: *c. 24.* *n.* 151.
- Princeps concedendo generalem favorem, non censetur sibi auferre facultatem alicui specialiter elargiendi: *n.* 159.
- Non subsistente justâ causâ Princeps privilegia non gratosè concessa, revocare non debet: *n.* 176.
- Princeps præsumitur scire, quæ jure Civili constituta sunt: *c. 24.* *n.* 220.
- Quando Princeps ex justâ causâ privilegia irrevocabilia revocat, ad æquipolens tenetur: *n.* 195.
- Privilegium* diversimodè accipitur: *c. 2.* *n.* 2.
- Privilegium definitur: *n.* 4.
- Privilegium non debet esse obscurum: *n.* 6.
- Privilegium vel est Divinum, vel humanum: *n.* 7.
- Perpetuum, aut temporale: *m.* 9.
- Affirmativum, vel negativum *n.* 10.
- Clausum in corpore juris, vel non *n.* 11.
- Publicum, vel privatum: *n.* 12.
- Internum, seu externum: *n.* 13.
- Favorabile, & odiosum: *n.* 24.
- Privilegium quando est publicum beneficium, est latè interpretandum: *n.* 25.
- Privilegium contra jus commune est odiosum: *n.* 17.
- Privilegium contra jus commune est restringandum: *n.* 18.
- Dummodo maneat utile: *n.* 19.
- Privilegium purum non est restringendum: *n.* 21.
- Privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis favorabilia sunt: *n.* 23.
- Sunt potius amplianda, quam restringenda: *n.* 24.
- Privilegium concessum militibus sæcularibus ad coelestes extendit: *n.* 29.
- Privilegium concessum militibus sæcularibus est favorable: *num. 31.*
- Privilegium Scholasticorum est favorable: *n.* 32.
- Privilegia concessa familiaribus, officialibusque Sanctæ Inquisitionis sunt remuneratoria: *n.* 33.
- Privilegia concessa in remuneracionem nomen privilegii amittunt: *n.* 33.
- Privilegium condere nō potest, nisi qui legem condere valet: *c. 3.* *n.* 1.
- Pri-

- Privilegium est lex privata: *n. 2.*  
 Privilegium concedere non possunt  
 inferiores à Principe: *n. 3.*  
 Privilegia tot sunt, quōt in teno-  
 re eorum exponuntur: *cap. 3.*  
*n. 16.*
- Privilegia non tantum ex verbis,  
 sed ex mente deducuntur: *n. 18.*
- Privilegium non præsumitur: *n. 25.*
- Privilegium qui allegat, illud pro-  
 bare tenetur: *n. 26.*
- Privilegium probari non potest  
 per testes, sed per scripturam :  
*n. 27.*
- Nisi scriptura sit deperdita: à *n.*  
*28.*
- Privilegium allegare non sufficit ,  
 sed est omnino ostendendum :  
*n. 31.*
- Privilegium inserere tenentur pri-  
 vativi Judices in requisitoriis :  
*n. 33.*
- Privilegium clausum in corpore  
 juris probare quis non tenetur :  
*n. 33.*
- Privilegia notoria titulo, & pos-  
 sessione nemo probare tenetur :  
*n. 38.*
- Privilegia sua probare officiales,  
 familiaresquè Sanctæ Inquisi-  
 tionis non tenentur: *n. 39.*
- Privilegia omnia familiarium, offi-  
 cialiumquè Sanctæ Inquisitionis  
 referuntur: à *n. 40.*
- Privilegia familiarium, officialium-  
 que Sanctæ Inquisitionis sunt  
 personalia: *c. 5. n. 1.*
- Privilegia personalia de persona  
 ad personam non extenduntur:  
*n. 2.*
- Nec ex identitate rationis: *n. 3.*  
 Privilegium alicui, & suis descen-  
 dentibus concessum filias uxora-  
 tas non comprehendit: *n. 24.*
- Privilegium minoribus concessum,  
 ad eorum hæredes extenditur :  
*c. 5. n. 65.*
- Privilegium prælationis dotis mu-  
 lieri concessum extenditur ad  
 filium ejusdem matrimonii: *n.*  
*67.*
- Privilegium concessum marito , ne  
 conveniatur, ultra quam facere  
 potest, extenditur ad hæredem  
 communem filium ejusdem ma-  
 trimonii: *n. 66.*
- Privilegium concessum in plural  
 hæredi, extenditur ad hæredes  
 hæredis: *n. 68.*
- Secùs si in singulari fiat mentio  
*n. 69.*
- Privilegium litiganti concessum ,  
 consorti prodest: *n. 70.*
- Privilegium concessum minori-  
 bus, ad cæteros , qui per ad-  
 ministratores reguntur, exten-  
 ditur: *n. 73.*
- Privilegium militibus datum , ali-  
 quandò ad personas magnificas  
 extenditur: *n. 74.*
- Privilegium competens cedenti in  
 cessionarium transit: *n. 75.*
- Privilegium non solvendi tributa  
 equitibus Christi Domini con-  
 cessum , ad cæteros milites ex-  
 tenditur: *n. 76.*
- Privilegium non hospitandi Cleri-  
 ricis concessum , ad laicum  
 cum eo habitante extenditur :  
*n. 77.*

- Privilegium concessum monasterio, seu Ecclesiæ, extenditur ad capellas illi subjectas: *n. 79.*
- Privilegium concessum Ecclesiis unius Civitatis, extenditur ad Ecclesias postea constructas: *n. 80.*
- Privilegium Civitati, seu oppido concessum, extenditur ad accessoria: *n. 81.*
- Privilegium, de non solvendis decimis ex prædiis, extenditur ad futura prædia: *n. 82.*
- Privilegium, ut quis non teneatur solvere collectas de rebus suis, extenditur ad postea quæsitas: *n. 83.*
- Privilegia depositi regularis, ad irregulare extenditur: *n. 84.*
- Privilegia personalia personam non egrediuntur: *c. 6. n. 1.*
- Privilegium alicui concessum, eo mortuo spirat: *n. 2.*
- Privilegium ob dignitatem marito concessum, mortuo marito extinguitur: *n. 4.*
- Privilegium concessum intuitu personæ, seu officii, cessante officio cessat: *n. 18.*
- Privilegium concessum respectu dignitatis, ea finita non spirat: *n. 17.*
- Privilegium pauperi concessum, advenientibus divitiis cessat: *n. 19.*
- Privilegium minoritati indultum, superveniente maioritate expirat: *n. 21.*
- Privilegium agricolis datum, cessante agriculturâ finitur: *num. 22.*
- Privilegium personis datum, cum persona extinguitur: *n. 29.*
- Privilegium datum rei, transit ad successores rei: *n. 30.*
- Privilegium gratis concessum, ad libitum revocatur: *n. 31.*
- Privilegium in dubio potius reale, quam personale judicatur: *n. 32.*
- Privilegia, quæ competunt ratione nudi ministerii, cum officio deficiunt: *n. 33.*
- Privilegia concessa ad tempus, tempore finito denegata censentur: *n. 35.*
- Privilegium concessum monasterio, ut ejus monachi excommunicari non possint, comprehendit tantum monachos in illo existentes: *c. 7. n. 16.*
- Privilegium omnino amittit, qui permisso abutitur potestate: *c. 9. n. 54.*
- Privilegium concessum ad eundum, ad redeundum concessum intelligitur: *c. 10. n. 9.*
- Privilegium portandi arma ad eundum, ad redeundum concessum censetur: *n. 10.*
- Privilegium doti dandæ concessum, restituendæ concessum judicatur: *n. 11.*
- Privilegium militiæ togatæ concessum, armatæ competit: *n. 25.*
- Privilegium quis prius ostendere tenetur: *n. 27.*
- Privilegia familiarium, officialiumque non ob eorum favorem, sed religionis fuerunt concessa: *c. 13. n. 36.*

Privilegia familiarium , officia-  
liumque Sanctæ Inquisitionis  
non sunt facile evertenda : n.  
50.

Privilegia Sancti Officii abroga-  
ta non censentur per clausulas  
generales : cap. 16. n. 15.

Privilegia in eo prævalent , in  
quo observata sunt : cap. 19. n.  
31.

Privilegia à consuetudine interpre-  
tantur : n. 30.

Privilegium non est concessum  
familiaribus , & officialibus , sed  
religioni : n. 50.

Privilegii effectus licet extendatur  
ad familiares , domino conces-  
sum intelligitur : n. 79.

Privilegio se renunciare in dubio  
nemo præsumitur : n. 85.

Privilegia concessa à Regibus San-  
cto Officio licet sacerdotalia sint  
quoad originem , quoad effe-  
ctum Ecclesiastica sunt : num.  
129.

Privilegii tenor est attendendus :  
n. 137.

Privilegia clausa in corpore juris  
leges sunt : c. 20. n. 58.

Privilegia immunitatis ex titulo  
oneroso quæsita , per genera-  
lem revocationem non censem-  
tur abrogata : n. 79.

Privilegium expressum in nostro  
Regno nullus habet , ad hoc  
ut peræquator eligi non possit;  
n. 56.

Privilegium immunitatis collec-  
tum , non extenditur ad collec-  
tas extraordinarias : n. 139.

Privilegium de collectis non sol-  
vendis ad collectas , quæ pro-  
veniunt ex negotio , non exten-  
ditur : n. 132.

Privilegium de non solvendis cer-  
tis collectis , ad alias non exten-  
ditur : n. 134.

Privilegium ad res venditas , non  
extenditur ad res negotiationis  
causâ venditas : n. 133.

Privilegium concessum ad res usua-  
les , ad merces non extenditur ;  
n. 135.

Privilegii verba , & concedentis  
intentio , quoad ejus interpre-  
tationem sunt inspicienda : n.  
137.

Privilegium præterita non com-  
prehendit : c. 21. n. 5.

Privilegium concessum ad instar  
Senatoris , non liberat à jugata :  
n. 8.

Privilegium juri communi aliquid  
addere , vel detrahere debet : n.  
12.

Privilegium concessum ratione  
exuberantis favoris , ad revoca-  
tionem indiget speciali : num.  
118.

Privilegium immunitatis à tutelis ,  
seu curis , ad legitimas non ex-  
tenditur : n. 62.

Privilegium nullum liberat à quin-  
que officiis consiliorum : n. 74.

Privilegia concessa Sancto Officio  
an Ecclesiastica , vel Sacerdotalia  
sint ? c. 19. à n. 129.

Privilegium totum est exhiben-  
dum judici mandanti illud exhi-  
bere , c. 3. n. 31.

Si verò agatur de privilegio exhibendo parti, illud tantum capitulum, quod ad eam spectat, & subjectam tangit materiam, est exhibendum: *cap. 3. n. 32.*

Privilegium in re individua, ceteris correis communicatur: *cap. 18. n. 8.*

Privilegium fori Clerici in re individua laico communicatur: *cap. 18. n. 9.*

Correi familiarium, officialium quæ Sanctæ Inquisitionis, in re individua eodem fruuntur privilegio: *c. 18. n. 10.*

Privilegium miserabilium personarum, in re individua correis communicatur: *cap. 18. num. 11.*

Contutores in administratione individua coram Ecclesiastico judece conveniri possunt, si contutor est Clericus: *cap. 18. n. 11.*

Privilegii effectus licet extendatur ad familiares, Domino privilegium concessum intelligitur: *c. 19. n. 79.*

Privilegium muneri concessum, extinguitur extincto munere: *c. 24. n. 30. & n. 104.*

Privilegio quis in præjudicium Principis concedentes renunciare non potest: *c. 24. n. 75.*

Quid sit privilegium *ad instar?* *c. 23. n. 2.*

An auctis privilegiis *ad instar*, quorum alia sunt concessa, ista augeantur; vel è contra? *c. 23. à n. 24.*

An confirmatis privilegiis *ad instar*, quorum alia sunt concessa, ista confirmata censeantur? *à n. 35.*

An privilegia *ad instar* aliorum valeant, si illa privilegia, ad quæ referuntur, non appareat? *c. 23. à n. 40.*

An illis, quibus privilegia sunt concessa, competant privilegia, quæ ex consuetudine fuerunt acquisita? *c. 23. à n. 48.*

An communicentur tantum ea, quæ tempore concessionis erat, vel etiam quæ postea acquisierunt? *c. 23. à n. 52.*

Privilegia quoad interpretationem *vide in verbo Interpretatio*, & *in cap. 25.*

Privilegia quoad confirmationem: *vide in cap. 23. à n. 35. & c. 25.*

Privilegia quoad extensionem: *vide in verbo Extentio*, & *in cap. 25.*

Privilegia quoad revocationem: *vide in verbo Revocatio.*

Privilegia an, & quando ex defectu confirmationis amittantur? *c. 24. n. 136.*

Privilegiatus ad plura conveniens uni alterum non amittit: *c. 24. n. 79.*

Privilegiatus quoad diversas personas, si quoad unam contraveniat, quoad alias privilegium non amittit: *c. 24. n. 80.*

Privilegiatus ad munera publica acceptans aliquid, non ideo invitatus aliud acceptare cogitur: *n. 93.*

Pr-

- Privilegiatus contra privilegiatum  
an gaudeat privilegio: c. 12. & n.  
34. c. 18. & n. 133. c. 25. & n. 32. in  
quibus latè per exempla.
- Privilegiati putant suos conserva-  
tores tenere semper illis favére:  
c. 25. n. 35.
- Probatio*, quæ requiritur in deli-  
ctis exceptis: c. 13. n. 44. & n. 45.  
& 46.
- Afferentibus se esse exemptos,  
onus probandi incumbit: c. 19.  
n. 41.
- Per verba enunciativa privilegium  
non probatur: c. 3. n. 20.
- Et ideo quamvis Papa dicat Ecele-  
siam esse exemptam enūciativè,  
ex hoc privilegium non proba-  
tur: c. 3. n. 21.
- Confirmatur hoc variis exemplis:  
n. 22.
- Privilegium deperditum per tes-  
tes probari potest: c. 3. n. 28.
- Quomodo in tali cauſe testes depo-  
nere debeant? n. 29.
- Procurator* sine speciali mandato  
jurisdictionem prorogare non  
potest: c. 19. n. 86.
- Proprietarius* non serviens officiū,  
privilegiis ratione officii conce-  
fis non gaudet: c. 24. n. 113.
- Prorogatio*. Prorogare, & renun-  
ciare, synonima sunt: c. 19. n. 52.
- Ubi prohibitur prorogatio partiū,  
consensus nihil operatur: c. 19.  
n. 60. c. 4. n. 20.
- Jurisdictionem Judicis prorsus in-  
competentis prorogari non po-  
test: c. 19. n. 72. c. 4. n. 1.
- Concessio tribuens privativam ju-  
risdictionem , prorogationem  
impedit: c. 19. n. 73. c. 4. n. 20.
- Prohibente Principe prorogatio-  
nem hoc non procedit: num. 74.  
c. 4. n. 24.
- Specialiter censetur Principē pro-  
rogationem prohibere, quandō  
jurisdictionem concedit cum  
clausulis abdicativis , & de-  
creto irritanti: c. 19. n. 75. cap. 4. n.  
25.
- In criminalibus regulariter proro-  
gatio non habet locum: n. 77.
- Inquisitoribus, Judicibusque fisca-  
libus jurisdictione concessa fuit  
cum clausulis abdicativis , & de-  
creto irritanti: n. 81.
- Protestatio* operatur, ut per actū  
contrarium privilegium non a-  
mittatur: cap. 24. n. 71.
- Protestatio protestantis jus conser-  
vat: c. 19. n. 87.

## Q

**Q**ualitas tribuens jurisdictionem ante omnia est proban-  
da c. 19. n. 136. c. 24. n. 238.

Qualitas causæ , & tenor privi-  
legii in casu contentionis , est  
inspicienda: c. 19. n. 137.

Qualitas tribuens jurisdictionem ,  
non præsumptivè , & per indi-  
cia , sed concludenter probari  
debet: c. 13. n. 45.